



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

De Notario S. Officii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

*De Vicariis Foraneis S. Officii.*

14. Solent Inquisitores eligere in Diœcesi sibi delegata aliquos Ecclesiarum Rectores doctos & pios, eosque Vicarios suos foraneos, ad differentiam Vicarii Generalis constituere.

15. Hi fidei debent esse zelatores, vii probi, & in materia S. Officii versati. Nullam vero habent dignitatis præeminentiam.

16. Facultas eorum dependet ab Inquisitore, regulariter concedi illis solummodo solet instructio offensivi processus, ita tamen ut in eo instruendo saepius de his, quæ peraguntur moneant Inquisitorem, ideoque neminem carceribus mancipare possunt, nisi præmonito Inquisitore, vel summa adesset necessitas  
*Carena de Offic. Inquis. p. I. tit. II.*

*De Notario S. Officii.*

17. Ex constitutione Pii IV. *Pastoralis Officii cura* & Julii III. possunt Inquisitores unum vel plures Notarios saeculares, vel Ecclesiasticos, etiam regulares sibi in Notarios eligere, nimirum tradito illis calamo, & atramento, addito solen-

Q9

ni



616      *De Congregatione*

ni juramento & verbis consuetis :  
*Esto Notarius, & fidelis.*

18. Munus Notarii S. Officii est diligenter & fideliter scribere acta S. Officii, recipere denuntiationes coram Inquisitore, vel ejus Vicario, instrumenta ad hoc Tribunal spectantia recipere, & alia peragere, quæ Notarii in similibus Tribunalibus facere consueverunt; in primis vero servare debet secretum, quod promittere debet, sub poena perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ Carenæ de Offic. inquis. p. I. tit. 12.

*De Thesaurario sancti Officii.*

19. Congregatio S. Officii specialiter decrevit, fructus, redditus, & proventus uniuscujusque Inquisitionis nō Inquisitoribus, sed Thesaurario S. Officii consignandos ab eoque asservandos esse.

20. Eligi vero debet in Thesaurarium vir probus & locuples, quiue sciat rationes confidere & referre, ac, si ita visum fuerit Inquisitori, fide jubeat defiduis persolvendis.

21. Sæpius in anno arbitrio Inquisitoris rationes reddere debet coram eodē,

ut